



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.
Apparatus Doctrinae Sacrae**

Archdekin, Richard

Dilingae, 1687

Pars IV. Praxis assistendi Ægris & Moribundis, & aliis in quovis statu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38464

propriis laribus exclusit : coguntur illi etiam cum ve-
luti in patria sua extores propriis sedibus exulare. No-
bilium terras ac prædia in perduellum Regi militem di-
stribuit: hoc præmio adhuc fuit utrū praefidia, hac pœ-
na plectitur adjurata Fidei, Reique constantia.

At credo ego, non adverso Gentis fato, sed orca-
no quadam divinae mentis confilio, Hibernis in ipsa
patria incumbere hanc omnibus admirandam suæ pa-
træ orbitatem. Ne scilicet illis unquam desit ulte-
rior palæstra, in qua corum erga Deum Regemque con-
stantia exerceatur. Utque ceteris vita bonis ac curis
exit, id unum curare pergit, ut accepimus à majori-
bus sincera Fidei patrimonium ad suos hæredes integ-
rum inviolatumque transmittant.

Hæc tua hæreditas, hæc tua gloria est, ô magne *PA-
TRICI!* qui intimis hujus Gentis pectoribus eam in-
fusisti Romanæ fidei constantiam, quam nec longa-
dies, neque retro seculorum cum ethni ca impetrare
certamina, neque centum & amplius annis armata fer-
ro Hæresis, neque tota inferorum rabies, per mille &
ducentos annos concutere potuit aut labefactare. Quin
potius suis aucta dispensis, novis assiduo clâibüs cre-
scit, pressuris affurgit, roboratur injuriis, facili pati-
rur omnium, præterquam fidei ac constantiae de-
trimenta.

Tua, inquam, hæc perennis gloria est, ter magne
Insula Sanctorum Apostole, qui hanc Hibernæ Ec-
clesiam tanquam primævam Petri sobolem supra Ro-
manæ fidei petram ita solidasti, ut adversus eam, nun-
quam portæ inferi prævalere potuerint. O Ecclesiam
verè petram, ac Romanæ Petre verè æmulam! nisi
quod hæc in diuturna pace, tu in perpetuo cum hæreti
bello; hæc in opibus, tu in egestate; hæc in gloria, tu
in contemptu, hæc in nobili purpuratorum Senatu, tu
tuo tantum sanguine purpura contra omnes Erebis af-
sultus immota persistas.

Vestra quoque hæc est gloria posthumæ Patricii pro-
genies toto orbe diffusa, in quorum pectoribus etiam
num magni Parentis ardor ac sanguis effervescit. Qui-
bus satius est per exilium, per inopiam, per vagas fedes,
hanc fidei constantiam in se aliisque tueri, quam dege-
neres annos ad patrios focos inerti otio consumere. Ex
quorum numero nunquam haec tenus defuere antiquæ
fidei novi pugiles, qui in hac Patricii arena magno ani-
mo decertarent. Quorum alii, ut de viris Apostolicis
cum Apostolo loquar, vincula & carceres experti, alii

egentes, angustiati, afflicti, alii in solitudinibus erran-
tes, in montibus & speluncis & cavernis terra, in ipsi
testimoniis fidei probati, hanc etiam suo sudore ac ha-
guine aliis comprobarent. Hæc nempe omnia eti-
um operatur primævus ille Patricii spiritus, qui in ger-
mania ejus sobole hodie perficitur, ad perferendis po-
que suppeditat.

Hæc illa fidei Constantia est, ô Hibernia, qua Filios
tuos tanto numero Doctrinæ ac Sanctitatis laude domi-
forisque illustravit. Hæc est quæ doctrinæ ac pieatil-
lustres ad publicam Ecclesiæ lucem per omnes Euro-
pæ gentes toties evexit. Hæc est quæ hic est in tem-
pestate, sobole nunquam deficiente, viros summis mu-
neribus parés ad supremas patriæ suæ insulas submani-
strat. Hæc illa una est, quæ tecum omni ævo persi-
stens, orbi admirandam, coelo gloriosam, hæreticis
devictæ formidandam efficit. Habent sine invi-
dia alia Gentes inane titulos, fluxas opes, insulabilem
potentiam: habeat suas gazas Iberia, suas vires Gallia,
suas artes Italia, suas opes & gemmas America: peribunt
opes, succumbent vires, deficiunt artes, Tua autem
sunt artes & dixitæ, pro Christo dixitæ carere, aliasque
gentes non infidis opibus, sed opulentia Fidei, & invicti
hædi Constantia superare. Hanc tecum sera potentias
possideat, *Hæreditatem incorruptibilem, & incon-
taminatam & immarcessibilem, conservatam in calce
in Vobis qui in virtute Dei custodimus per Fidem in sa-
lutem, paratam revelari in tempore novissimo, in quo
exultaberis: modicum nunc oportet contristari in variis
tentationibus, ut probatio vestre Fidei multo preciösa
auro, quod per ignem probatur, inventetur in landem
& gloriam & honorem, in revelatione Jesu Christi, Do-
mini nostri.*

NOTA.

Quoniam post illa, quæ hic tradidimus, creverant
in immensum veteris Constantiae argumenta nova
& illustrißima, non tantum in aliis ærarium pro Fide
fortissimè toleratis, sed etiam in gloriofa morte Primi-
atis Hibernæ, Archiepiscopi Dublinensis, aliorumque
carceribus & exiliis, &c. Hæc etiam singula infra in
calce hujus Tomi prosequimur, & pro pollicitatis mem-
oria ac incitamento hisce monumentis fideliter consignamus.

PARS QUARTA

PRAXIS

ASSISTENDI PER OMNIA ÆGRIS, MORIBUNDIS, ALIISQUE, IN QUOVIS STATU.

De dispositione requisita in ægro aut moribun-
do quoad susceptionem Sacramentorum, tra-
dictum invenies suprà, ubi de Pœnitentia,
Eucharistia, & Extrema Unctione actum est. Hic jam
tradimus præxim juvandi infirmum ut ex parte sua fa-
dispositionem illam actu habeat, & alios Actus elicit,
qui conducunt ad statum gratia acquirendum, augen-

dum, aut conservandum, maximè in illa ultima lu-
cta & agone, in quo agitur de tota æternitate. Mi-
nimè enim suo officio satisfaciunt Confessarii, qui
vix ullis remediis instructi, tanquam imperiti medi-
ci, ad ægros aut moribundos accedunt: cum sepe ab
oportuniis eorum monitis, & auxiliis, morientium la-
lus æterna dependeat.

Pars IV. Praxis Assistendi Aegris & Moribundis.

§. I.

Quid Confessario in primo ad Aegrum accessu curandum.

Primo igitur Sacerdos ad aegrum vocatus, euret, ante omnia in seipso excitare magnum desiderium procurandi salutem aegrotantis, has brevi consideratione ex S. Dionysio, *Divinorum divinissimum est cooperari saluti animarum.* Et animo ad Deum elevato ex corde dicat. Otinam possim juvare hanc animam, sicut vellem juvari meam in extremo vite momentio, ex quo pender tota eternitas! Deinde incipiat secum premeditari, quo modo ex his praxibus debeat cum aegro procedere.

Secundo, Si apprehendat morbum esse periculatum, consabit impedire frequentem amicorum accessum, & alloquium de rebus mundanis, multò magis inanes eorum gemitus ac ploratus: ut sic aegrotus habeat otium convertendi animum ad cogitationes pias, & salutaria Sacerdotis monita.

Tertio, Curabit ob oculos decumbentis apponit imaginem Crucifixi, aut aliam, quae posuit in illo Dei, ac Salvatoris sui memoriam excitare: & Aquam lustralem in promptu haberet, quā aegrotus & lectus frequenter aspergatur.

Quarto, Si medicus aut amici non audeant aegrum de propinquuo mortis periculo monere, ipse Confessarius id suaviter & benignè faciat. Hoc enim omittere crudelitas est non clementia; solet namque aegrotus per notitiam propinquae mortis ad seriam animæ sua curam multò magis excitari. Poterit itaque periculum, his verbis discretere & molliter indicare: Sunus omnes mortales, nescimus autem diem neque horam, medicus judicat morbum hunc non carere periculo: non nocet igitur tempestivè disponere domui tua, immo juvare potest ad corporis, & animæ salutem.

Quinto, Moneat ut, si nondum fecerit, Testamentum absolvat, ut tantò liberius curas omnes saluti suæ tantum impendat. 2. Ut si quid restituere debeat, iustitia satisfaciat. 3. Ut pro anima sua solatio procuret Eleemosynam fieri in pauperes, & Sacrificia, & alia Ecclesia remedia, dicatque aegro; si ipse nunc Tui obliviscaris; quantò magis amici post mortem tui obliviscetur? 4. Ut ex animo remittat injuriam omnibus, qui ipsi inimici & molesti fuerunt, ad imitacionem & amorem Christi, qui moriens pro crucifixoribus oravit dicens, Pater ignoce illis, quia nesciunt quid faciunt? 5. Ut ipse veniam postulet ab omnibus, quos dicto vel factò offendit.

Quando autem advertit infirmum mortis nuncio angusti turbari, debet in promptu habere motiva quibus mortis horrem minuat, & ad sequentes resignationem actus aegrum inducat: quietiam pro sanis valere possunt, ad tollendum nimium affectum erga res mundanas.

§. II.

Remedia inducentia ad Resignationem, contrarium mortis horrorem.

Cogita N. Deum esse supremum Dominum vitæ ac mortis, ac proinde vitæ uloram, quam tibi haec tenus gratia dedit, quovis tempore pro suo arbitrio repetere posse. Dic ergo cum Jobo: *Dominus dedit, Dominus absulit, si nomen Domini benedictum.*

2. Statutum est omnibus hominibus semel mori,
R.P. Arfdeck. Tom.III.

mortuus est ipse Christus, mortua est Virgo Deipara &c. Nemo autem melius novit, quando nobis expediat finem vita imponere, quam æterna Dei sapientia. Ille verò tanquam amanuissimus Pater hunc tibi vitæ terminum ab æterno destinavit. Dic ergo cum Christo in horto, & brevi morituro. *Pater mihi, non mea, sed tua voluntas fiat.* Et cum Apostolo: *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum.* *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.*

3. Tam stultum est nolle mori, quam nolle esse de numero hominum, quorum ne unus quidem à moriendo necessitate eximitur. Si ergo aliquando moriendum est, quando potius quam hoc tempore, in quo habes tam multa ajumenta pie, ac feliciter moriendo, cum praesentia Sacerdotis, cum Ecclesiæ Sacramentis, cum amicorum precibus & sacrificiis. Quam multi sunt casus, in quibus postea facile contingret te abripi morte subitanæ sine cruce, sine luce, sine absolutione, sine extremis Sacramentis, cum periculo salutis æternæ, tunc multis affidio contingit.

4. Quid est hæc misera vita, nisi carcer animæ, nisi exilium à patria cælesti, nisi gehenna curarum, dolorum, morborum, molestiarum, in qua semper una miseria alteri succedit: *Homo natu de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis.* Nonne præstat simul & semel omnibus his malis liberari, & ad illam patriam tendere, in qua neque luctus, neque clama, neque dolor erit ultrà. Ubi amodò dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

5. Multi viri sancti & sapientes sitemus hujus vitæ malignis votis expetebant, ut malis hujus vitæ, & peccandi periculis liberari ad æternos Christi complexus evolarent. Sic S. Ignatius Martyr, sic S. Catharina Senensis mortem ultrò invitabant, S. Teresa admirans dicebat, ò mors quis te meruat, cum vitam pacias! Dic ergo cum Apostolo, *Infelix ego homo quis me liberabit decorpo mori hujus.* Et Cupido dissolvit & esse cum Christo. Et cum regio Propheta, *Lecatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.*

6. Inquiero, cuius rei desiderium possit te in hac viata remorari? An cupiditas fruendi amicis? Multò major amicorum & cognatorum numerus te in celo expectat: tot majores tui, tot avi, proavi, patru, vici, cognati, fratres fortè & forores, filii & filiae præcesserunt, reliqui omnes ad unum brevi sequentur. *Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.* An te trahit cupido utendi adhuc tuis bonis, aut hujus lucis usura? At moriendo nihil horum perdis, sed tantum commutas in melius: nam anima tua cum sit immortalis in altera vita fruetur bonis multò majoribus, & nunquam perituri. Docente Apostolo, *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit, quæ preparavit Deus nis, qui diligunt illum.*

Si dicas, te tantum desiderare longiorem vitam, ut possis melius Deo servire, & ad æternitatem te comparare. At fortè diutius vivendo longius à salute recesses. Accidit plerumque, inquit August. ut qui crevit ætate, crescat & iniquitate. Ut factum est in ipso Salomone. Facigitur nunc quod tunc fieri velles. Potes uno die vel horâ, intensis actibus, & ardenti Dei amore plures vitæ annos adæquare. Et testatur ipsa Scriptura, aliquos ex hac vita magno Dei favore citius evocari, ne per longiorem vitam percant, nec tamen

ideo minus mereri. Audi Scripturam Sapient. 2. *Rag-
pius est ne malitia mutares intellectum ejus, & Con-
summatus in brevi explevit tempora multa. Dic et-
,, gocum magno erga paternam Dei providentiam affe-
,, ctu. Domine tu optimè nosti quid mihi expedit:
,, da quod jubes & jube quod vis, Paratum cor meum
,, Deus, paratum cor meum, ut faciam sanctissimam
,, voluntatem tuam.*

§. III.

Incitamenta ad Patientiam contra morbi dolores.

1. **A** Mice N. nonne desideras sequi Christum Salvatorem tuum, qui pro te multa passus est? Dices haud dubie, desidero. Audi igitur Christum tibi loquentem. *Qui vult venire post me, tollat Crucem suam & sequatur me. Ecce hi dolores sunt tua Crux, quam debes portare ut Christum sequaris. Si oportet Christum pati ut intraret in gloriam suam, quomodo poteris tu sine patientia intrare in gloriam alienam? Dolores tui, fateor, magni sunt, sed dolores & tormenta Christi fuerunt multò majora. Cogita illius sudorem languineum, quo ex sola Passioni sua confidatione toto corpore perfusus est. Si capit is dolore cruciaris; respice caput ac frontem Christi Salvatoris tui acerbissimis spinarum aculeis undique fauciatur. Si pectoris, aut lateris molestia torqueris; aspice latus Christi cui crudelissimā militis lanceā perforatum. Si in manu aut pede dolorem sustines, converte oculos ad Christi manus & pedes acutissimis clavis Crucis affixos. Deinde magno affectu dices. Non est discipulus super Magistrum: Si Dominus & Salvator pro dilectis meis tanta sustinuit, quanto magis debeo ego ex illius amore aliquid sustinere.*

2. **C**ogita te per morbi dolores patienter toleratos, futuras Purgatorii penas ex parte vel ex toto compenfare, & magnum coelestis gloria incrementum acquirere, monente Apostolo 2. Corinth. 4. *Momentaneum & levę tribulationis nostra, aeternum glorie pondus operatur in nobis. Et iterum ad Rom. 8. Non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis. Dic ergo cum S. Augustino. Domine hic ure, hic feca, ut in aeternum parcas.*

Ecce in hunc finem Christus ex pretio Calice Passionis sui hos dolores tibi propinat. Nonne ipsis Calicem libenter acceptabis, & hos dolores licet amaros, ex illius amore exhausties, cum ipso dicens. Calicem quem dedit mihi Pater, quomodo non bibam illum? Pater, si non potest Calix ille transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Nonne magni faceres, si quis tibi sacratissimae Crucis Christi reliquias insignes aut particulas aliquas donaret? Ecce tibi Christus ipse mittit hos dolores, tanquam particulas gravissimae Crucis, quam ipse in corpore & in anima tua ex tui amore sustinuit. Dic ergo ex toto corde Salvatori tuo.

Domine Iesu Christe ad amorem & gloriam tuam, suscipio de paterna manu tua omnes ac singulos hujus morbi dolores ac molestias, tanquam totidem Reliquias sanctissimae Crucis tue mihi a te donatas, illas tanquam tales amplector & exosculor: & eas in corporis & cordis meitheca cum patientia, inquit etiam cum gaudio portare desidero. Salve Crux pretiosa, que decorum traxisti de membris Domini mei Iesu

, Christi. Suscipe me discipulum ejus, qui peperdim in te: ut per te recipiat qui per te me redemit. Christus, fio confixus sim Crucis, vivam ego jam non ego, vivit vero in me Christus.

Cogita quomodo Sancti omnes optabant flagitia vulnerum Christi in suo corpore gestare. Quomodo S. Paulus gloriabatur se flagitate Domini Iesu in suo corpore portare. Quomodo S. Francisca pro summo favore cicatrices quinque vulnerum Christi in suo corpore suscepit, etiamque ex illis copiosus sanguis profueret. Quomodo S. Catharina Senensis cum ingenio gaudio similem gratiam a Christo complexa, licet tantos dolores inde sentiret, ut se morituram putaret. Certissimum autem est, & fide credendum, illos dolores ac molestias magno Dei favore & munere ibi concessos esse, si illos ad honorem aut amorem Dei patienter sustineas. Dic igitur ex animo cum Sanctis Deo charissimi.

O Deus! & Salvator dilectissime! ad amorem & honorem divinæ Majestatis tua suscipio de manu tua, hos cruciatus ac molestias, eosque complector tanquam stigmata vulnerum tuorum, & vestigia tormentorum, quæ in sacratissimo corpore sustinuita. Et utinam codem amoris sensu ea in corpore meo sustinerm, quo S. Paulus Apostolus, S. Francisus Confessor Seraphicus, S. Catharina Senensis, aliisque tibi dilectissimi.

Utinam haberem illum pro te patienti ardorem, quem habuit S. Laurentius dum super ardentes prunas in craticula versaretur. Quem habuit S. Stephanus, dum inter lapidum imbræ toto corpore contundetur. Quem habuit S. Sebastianus dum signis undique configeretur. Quem habuerunt reliqui Martyres & amici tui, quorum maximum gaudium erat pro te fecari, uriri, laniari. Quod mihi deest tu suppleri, re digneris, Salvator mi, cum quo vivere volo & more, Amen.

§. IV.

De exercitio Fidei, Spei, & Fiduciae in Deum.

Ut æger disponatur ad actus efficaces Amoris & Contritionis, plurimum juvat, illum primò excitare ad vivam Fidem & fiduciam erga Deum, ac merita Christi, aliaque fidei mysteria, quantum personæ dispositio patiet; nam ut ait Apostolus ad Hebr. 11. *Sicut Fide impossibile est placere Deo.*

Quod si esset æger, qui in Fide vacillaret, & confitari indigeret, proponi possint illi breviter quædam ex argumentis, que pro Ecclesia Romana supra in controversiis exposuimus.

Itaque inducendus est æger, ut devotè & attenè recitet Symbolum Apostolorum: vcl ipse Sacerdos illi præcat singulas Symboli partes pronunciando. Quod si firmior sit quam ut hoc commodum aut consilium videatur: procedat Sacerdos per paucas interrogaciones hoc modo.

Nonne credis in Deum & Salvatorem nostrum Iesum Christum &c. Credo. Nonne cupis vivere & moriri in fide, quam sancta Romana Ecclesia credendum proponit? Cupio. Abrenuntias omni diabolica suggestione, quæ possit tibi in contrarium occurrere nunc & in hora mortis? Abrenuntio in perpetuum: & utinam possem fidem hanc sanguine meo consignare.

Nonne spem tuam & firmam fiduciam filiorum

eternæ

„eternæ hæc depositum in Dei misericordia & meritis
„Saluatoris nostri Iesu Christi? Responde aiger. In
„te Domine speravi non confundar in æternum.

„Die ergo cum Iob c. 19. Scio quia Redemptor
„meus vivit, & in nō vissimo die de terra resurrecturus
„sum, & in carne mea videbo Deum Salvatorem me-
„um: quem virilis sum, & oculi mei conjecturi sunt &
„non aliud. Reposta est haec spes mea in finu meo.

Debet ergo scire nulla esse peccata tam multa aut ma-
gna quæ remitti non possint per infinita Christi merita,
quæ per Sacra menta, aut sinceramente cordis Contritionem
nobis applicantur. Exemplum habes in S. Mag-
dalena, quæ quamvis esset magna in civitate peccatrix,
postquam secundum ad Christum conversa est, & de peccatis
doluit, dixit ei Dominus: Remittuntur et peccata
multa, quia dilexit multum. Et Latro, qui tantum
in Cruce ultimâ vitæ horâ cum fiducia dixit, Domine
memento mei cum veneris in regnum tuum: statim à
Christo audivit: Amen dico tibi, hodie tecum eris in
Paradiso.

Respicere Christum in Cruce expansis brachiis para-
tum te ad suum complexum & gratiam admittere, mo-
dò tu velis totâ cordis fiduciâ ad illum recurrere. Au-
di illum ultrò invitatem: Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati esitis, & ego reficiam vos.

Cogita Deum, Patrem esse benignissimum, qui non
vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur &
vivat. Ipse te creavit, ipse te ad Ecclesiam vocavit, ipse te per Filium suum unigenitum redemit. Accur-
re igitur ad ipsum suum tanquam creatura ad Creato-
rem, servus ad Dominum, redemptus ad Redempto-
rem, filius ad parentem. Ipse est qui filium etiam Pro-
digum post multa flagitia ad se reducem cum gaudio re-
cepit. Tu tantum die corde contrito. Pater peccavi
in calum & coram te, & jam non sum dignus vocari
filius tuus. Etipie cum latitia paterna vñlera expan-
det dicens, Gaudere oportet & exultare, quia filius
meus hic mortuus erat & revixit, perierat & inventus
est. Testatur enim majus esse gaudium in celo su-
per uno peccatore penitentiam agentem, quam supra
nonaginta novem iustis, qui non indigent peni-
tentiâ.

Postquam Sacerdos haec aut alia fiduciaz motiva cum
affectu exposuit, suggeret per intervalla aliquam ex se-
quentibus Sententias identidem ab aëro ore vel corde
repetendam.

Domine si habes undè me damnare potes, habes
etiam undè potes salvare: misericordia Domini super
omnia opera ejus.

Quomodo pater miseretur filiorum, ita misertus est
Dominus timentibus sc.

Domini non timebo mala quoniam tu mecum es.
Pone me Domine juxta te & cuiusvis manus pugnet
contra me.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem
Christi tui.

Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in
te confido non erubescam.

Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Domini
nus autem assumptus me.

Juxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, &
humiles spiritu salvabit.

Magna est super eos misericordia tua, & usque ad
nubes veritas tua.

Quis unquam speravit in Domino & confusus est? In

te Domine speravi, non confundar in æternum. Hoc
postquam repetito aiger, concludere potest Sacerdos hac
Oratione.

„Deus cui proprium est misericordia & parcere, su-
„scipe deprecationem nostram, ut nos & omnes famu-
„los tuos quos delictorum catena constringit, misera-
„tio tua pietatis clementer absolvat. Per Christum
„Dominum nostrum, Amen.

§. IV.

De exercitio Amoris in Deum & perfectæ Contritionis.

Actus hic maximi momenti est, & ad illum aiger
aut moribundus omni conatu adjuvandus est: nam
si in susceptione Sacramentorum aliquid forte obicit
quocumque modo intervenierit, hic actus est, & qui-
dem solus, qui peccatorem reddit salutis sua absolute
securum. Proinde illum primò per idonea motiva
disponendum est, deinde ipse actus pro viribus elici-
endus.

Primo, Considera N. Dei bonitatem, Majestatem,
excellentiam infinitam super omnes creature, quas ipse
solo natus voluntatis sua ex nihilo produxit, & infinita
benignitate affidit regit & conservat. Infinita ejus
majestatis & bonitatis debetur a te, & ab omnibus, amor
infinitus. O utinam possimus illum rependere! Sed
quia amoris infiniti incapaces sumus, tantum mandat
nobis, ut diligamus ipsum u Deum & Dominum super
omnes creature ex toto corde, & ex tota anima, & ex
totis viribus nostris, sic ut pro nulla re hujus miserae vitæ
velimus ipsum offendere, aut ab illo separari. Nonne
N. hoc tibi æquum & justum videtur? Quid enim ju-
stus quam ut Deum, & Creatorem, & Dominum, qui
omnibus creaturis infinitè dignior est, super omnes crea-
tures diligamus? Dic ergo tandem.

„Diligere te, Deus meus, diligo te ex toto corde meo,
ex toto mente mea, & totis viribus meis super omnes
res hujus mundi; & utinam amplius & amplius diligere.
„Et utinam ab amore tuo nunquam peccando rece-
sem: certè cum gratia tua nunquam amplius rece-
dam.

Considera secundum, Quare in hoc mundo creature
aliquas magno amore complectimur? Nempe, propter
aliquam pulchritudinem quam in illis videmus, vel dul-
cedinem quam in illis sentimus, vel benignitatem quam
in illis experimur. Illa ipsa pulchritudo, dulcedo, be-
nignitas, est in Deo infinitas major & perfectior, à quo
omnis pulchritudo, & amabilitas creature, sicut te-
nuis radius à Sole, & rarus exiguus ab Oceano, descen-
dit. Si igitur in creature tenues umbras & rivos divinae
bonitatis adamantis, quanto magis ipsum omnis boni
fontem & originem diligere debemus.

„O quam serò te cognovi pulchritudo æterna, quam
serò te amavi bonitas infinita! Nunc certè super omnia
te unum amo, & amare desidero in æternum.

„Deus meus & omnia! Quid mihi est in celo, & à
te quid volui super terram, Deus cordis mei & pars mea
Deus in æternum.

Considera tertio, Beneficiorum à Deo acceptorum
magnitudinem ac multitudinem, ex mera ac gratuita
Dei benignitate. Creare te ad imaginem & similitudinem
suum ex innumeris hominibus quos tuo loco
creare potuissent. Corpus tibi dedit præ multis aliis in-
tegrum & sanum, non claudum, aut cæcum, aut in-
formis &c. Animam tibi donavit immortalem, rationis
capa-

Miscle
kin

Theo-
logia

B. II

capacem , & multis natura & gratia donis praeditam. Et quem in finem sic te creavit ? Ut post hanc vitam cum ipso Deo felicitatis & gloriae aeternae particeps efficiaris, quo nullus majus donum excogitari potest. Si ergo diligis parentem, qui tantum corpus tuum genuit, & paucorum tantum annorum haereditatem tibi comparavit, quanto majori dilectione & affectu debes Deo adhaerere, qui non tantum corpus, sed etiam animam immortalem, & haereditatem aeternam tibi in celis preparavit.

O Creator mi, o Pater aeternae, diligo Te super omnem mundi dilectionem, non tantum quia ego haec a te bona accepi, sed quia in teipso tam bonus es, tam pius, tam benignus, ut me indignum totius donis a bonis prævenire dignatus fueris. Et interim ego in te peccando fui tam ingratus, quando tu erga me fui, sti tam gratiosus.

Confidera quartò, Postquam Dei dona , & spem salutis aeternae peccato perdidisti, quomodo per Filii sui mortem, Passionem, ac Sanguinem te a suppliciis aeternis redemit. Quomodo iterum, iterumque relabentem ab inferni penitentias conservavit, in quibus hoc momento arderes, nisi Deus erga te divinæ justitiae rigorem continuisset.

Sic ergo Deus dilexit mundum ut Filium unigenitum dare: sic dilxit hanc animam meam, ut per eum sanguinem me à morte aeterna conservaret. Quid ego retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi ? Suscipe sitem cor meum , & animam meam , & amorem meum & vitam meam : ut amore amoris tui moriar , qui amore amoris mei dignatus es mori in ligno Crucis.

Confidera quintò, Immensam ac perpetuam Dei ac Salvatoris tui in te Charitatem, in eo quod velit in Sacramento Eucharistie nobiscum assiduo permanere, & seipsum nobis in cibum & alimentum præbere, dicens, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo. Et, Qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Quzenam mater adeo tenerè diligit filium suum ut illi carnem & sanguinem suum in alimentum præbeat ? Christi verò in nos amor omnium hominum amorem adeo superat, ut sati illi non fuerit morte sua nos redimere, sed etiam voluerit carnem , & sanguinem, & animam , & divinitatem suam nobis in escam , in solatium , in vita aeterna premium relinquere.

Dicero cum S. Augustino. O anima mea, si pigeat amare, non pigeat te saltē redamare Deum & Salvatorem tuum, tali amore te prævenientem. O amor mi ! Si delicia tua sunt esse cum filio hominum, quomodo non erunt delicia mea esse tecum.

Diligam ergo te fortitudo mea , Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, & amor meus in aeternum.

Confidera sextò, Ingentia beneficia que Deus præ multis aliis ex speciali amore tibi in particulari concessit.

Primo, Vocavit te ad veram Ecclesiam, & Fidem sine qua nulla est salvatio, idque peculiari favore & auxilio, teste Christo Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Cogita quam multa hominum milia in sua infidelitate & haeresi aeternum perirent, quos si Deus tuo loco ad suam Ecclesiam ita vocasset, forte multo ardenter illum coluisserent & amassent. Cogita quid de te factum fuisset, si Deus permis-

sisset te nasci ex parentibus haeticis, aut educari inter amicos aut cognatos haeresi infectos, qui te in errorum & damnationem abduxissent.

Secundò, quomodo divina providentia non permitterit ut sine Baptismo in utero matris extinctus fuesset, & multi alii.

Tertiò, Quod ab infancia natus fueris Megillo probos & Catholicos, qui te in timore Dei, & amore virtutis continuerunt, ne inter homines scleratos & perditos vitam duceres.

Quartò, Quod tibi pre multis aliis præbuerit omni frequentem Sacramentorum, à subitanæ morte, & à damnatione aeterna conservaverit, ut posset in gremio Ecclesie mori. Sacerdotis absolutionem obtine, in perfecto Dei amore & gratia vitam terminare, & ad salutem aeternam cum Christo & Sanctis in celo pervenire. Verè potes ex animo cum Propheta dicere:

Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi. Quomodo non diligam illum super omnia, qui quodammodo super omnes me dilexit?

O mi Deus desidero te amare super omnia, sicut diligunt Angeli in celo, sicut te diligunt Apostoli & Martyres, & sicut te dilexit sanctissima Virgo Deipara, cum qua ex toto corde & affectu dico: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Et ut possim quantum in me est amorem amorem compenfare.

Suscipe Domine universam libertatem meam, accipe memoriam, intellectum, & voluntatem meam. Quidquid habeo ac possideo mihi largitus es, id totum tibi restitu, ac tua voluntati trado gubernandum, Amorem tuum cum gratia tua mihi dones, & dices sum sat, nec aliquid ultra posco in rebus creatis.

Quando adverterit Confessorius penitentem suum his motibus excitatum, & ad Dei amorem inflammatum esse, dum ferrum candet, poterit primò cum illo rectare aliquos actus Charitatis & Contritionis infra cypri mendos, ut ad Confessionem generalem, aut particularem, aut ad alia Sacraenta disponatur.

Secundò, Suadere ut ex Dei amore ignoscat omnibus, qui ipsum offenduntur.

Tertiò, Hortari ut ab omnibus veniam postule, quos dicto, aut facto offendit.

Quartò, Ut morbi molestias, aut mortem ex Dei amore libenter suscipiat.

Quinto, Ut promittat præstare debita, aut alia, que judicat ad agri salutem necessaria.

Sextò, Ut proponat, si Deus vitam ulteriorem deridet, optimo pietatis exemplo aliis prælucere.

§. VI.

Actus variis Contritionis & Amoris Dei
super omnia.

I.

O Magne Deus ! Te amo super omnia, te diligo ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus meis. O quam doleo quodam sanctissima voluntate cogitatione, verbo, vel opere unquam peccando recesserim. Nunc ego firmissime propono omnia mandata tua implere, omniaque, te aspirante, peccata vitare. Et quare? Non alia causâ, quam ob immensam perfectionem, incomprehensionem potentiam, infinitam sapientiam, infinitam bonitatem tuam, fore proprie-

propter Te ipsum , & quia omni amore dignissimus es.
O Pater ! O Fili ! O Spiritus sancte ! O Sanctissima Trinitas ! O Deus meus & omnia.

II.

Domine Iesu Christe , verus Deus & verus homo , Creator & Salvator meus , doleo ex toto corde meo , quod Te offendierim , qui tu Deus meus es , & te amo super omnia , firmiterque statuo , nunquam post haec peccare , sed omnes peccandi occasions evitare . Propono quoque peccata mea confiteri , penteleitiam , quae injuncta fuerit , exsolvere , & , si quid alicui debet am , restituere . Amore etiam tui remitto injuriam omnem a quocumque mihi illatam . Insuper ad expianda peccata mea , offero Majestati tua vitam , labores , & bona opera mea universa . Ut vero humili me peccatorum meorum veniam effligito , ita confido . ab infinita bonitate tua , per merita sanctissima Passionis , sanguinis & mortis tuae , ea mihi remittenda : praestandum etiam gratiam , qua vitam meam emendem , & in sanctissimo servitio tuo in finem usque perficerem . Amen .

III.

Dilecta mea , Deus meus , expavesco , & ante Te derubesco , cum veneris judicare , noli me condamnare . Doleo Deus cordis mei , doleo ex toto corde meo , quod offendierim ac laetiorum supremam bonitatem ac majestate tuam . O cur unquam displicui tibi amabilissima bonitas ! O Majestas coelidissima , doleo jam ex sincerissimo amore tui , qui amari super omnia infinitè dignus es . Amo te Deus meus omnium Creaturarum mihi possibili affectu : idque non propter me , sed propter Te solum o Bonitas , Benignitas & Amabilitas infinita : & Tibi puro corde adhaerere , Tibi placere , Te glorificare desidero in aeternum .

IV.

O Bone Iesu , Deus meus ! utinam Te cum beatissim Virgine matre tua & Sanctis omnibus leniper amasse , & nunc amarem ! nec umquam offendam , nec offendere possem in aeternum . Sed cheu erravi sicut ovis qua perire , quare servum tuum , aspice in me , & miserere mei . Ego iniuriam meam agnoscens doleo ex toto corde de omnibus peccatis meis , quia tibi , quem diligo super omnia , displaceo . Cumpio & propono serio emendare , cavendo omnia peccata . (maxime hoc , & illud in particulari) & novo fervore me totum servitio tuo impendere : & hoc propositum meum toties renovare cupio , quoties vivo , quoties respiro in perpetuum . In Satisfactionem me & omnem vitam meam tua voluntati & gloria offero ; veniam cum finali gratia precor , & spero per te bone IESU Salvator mi , quicunque voluntate Patris cooperante spiritu sancto per incarnationem , nativitatem , circumcisioem , lacrymas , labores , persecutions , passionem , crucem , mortemque me redimere dignatus es . Ad tecum spem configlio , in abyssum meritorum tuorum me abiicio , in tua sanctissima vulnera me abscondo . Tu aeternam caritate supplere digneris imperfectionem meam , omnia peccata mea igne amoris tui exurendo & opera mea imperfecta emendando , tuisque meritis uniendo . Tu mi Creator & Salvator , dignare me totum possidere , regere , & ab omnibus imperfectionibus & miseriis meis me liberare : tua deinde voluntati ita adunare , ut vitam meam gloriae tue , & salutis animarum impendam , & numquam a te ad

momentum separer , sed laudem te & benedicam cum electis omnibus nunc , & semper , & in secula seculorum .

Hoc ego cum lachrymis oro , per languinis undas , Per vulnus lateris , per sacri vulnus Amoris . Deme mihi misero scelerate criminis vita .

§. VII.

Praxis eadem per breves interrogations , quando ager loqui vix potest .

Nonne N. firmiter credis omnia , quae tibi Deus per Ecclesiam Romanam credenda proponit ? Credo , & in ea fide mori volo .

Nonne fiduciam tuam omnem in Deo JESU tuo deficitus ? Defixi , & fidenter dico ; in te Domine speravi , non confundar in aeternum , quoniam tu Domine singulariter in spe constitueristi me ,

Nonne Deum amas super omnia propter infinitam eius bonitatem ? Amo , & amabo in aeternum Deum meum , Creatorem meum ; utinam diligenter Te Salvator mi , eo amore quo dilexit te mater tua , quo diligunt te in celo Sancti tu in aeternum .

Nonne doles ex animo te Deum toties offendisse , quem suinno amore profici qui daberis ? Doleo , idque Dei solius causâ , quia divina illius maiestas toties a me peccando offensa est .

Nonne te Deo totum tradis , qui se tibi totum dedit ? Trado in manus Dei , vitam & mortem meam , ut de iis pro suo arbitrio disponat .

Nonne , si Deus te pristina sanitati redderet , aliter vita tua rationes instrueret ? Instituerem , & ardentius quam hactenus Deum meum amarem , eique servirem .

§. VIII.

Ad sacram Vaticum preparatio .

Vaticum differt à Communione ordinaria , quod in hac petamus à Deo gratiam bene vivendi , per hoc autem gratiam bene moriendi ; idque viatici nomen designat , quod nihil aliud est , quam annona sive commensus ad futurum iter . Sed quo longior via est à terra in celum ad quod moribundus properat , cō S. Mater Ecclesia filios suos decedentes Vatico instruit potentiore Corporis & Sanguinis Christi .

Forma dandi viaticum haec est : *Accipe Frater (vel soror) Vaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi , qui te custodiat ab hoste maligno & perducat in vitam aeternam . Amen .*

Forma vero Communionis ordinaria : *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in uitam aeternam .*

Qui mane celebravit vel communicavit , & postea eodem die incidit in periculum mortis , potest iterum Communionem lumere non jejunus per modum viatici . Et si postea periculum daret , & aeger id multum desideret , potest idem permitti post unum alterumve diem . Concilium Constantiense Seff 13 . tempus non limitat , quando dicit , in casu infirmitatis Eucharistiam dari posse non jejunio . Alias interstitium ordinarium solet esse 7 . vel 8 . dierum .

Potest dari viaticum aegro qui ex febre in delirium incidit , si ante illud desideraverit , aut signa Contractionis ediderit , nec appareat periculum irreverentiae . Ita Rituale Rom . Item damnato ad mortem , etiam non jejunio , si necessitas urgeat .

Qui-

Quilibet Sacerdos in extrema necessitate si Parochus defit, potest præbere viaticum. Et, si alia hostia non suffpetat, potest Sacerdos ex hostia majori, qua celebrat, particulam pro moribundo servare.

Sacerdos allatus viaticum conetur antea, si tempus suffpetat, excitare in ægo magnum desiderium hujus Sacramenti, idque ut præstet efficacius, verba Ecclesiæ augustissimum convivium venerantis proponat. O sacram convivium, in quo Christus sumitur! recolitur memoria Passionis ejus, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur. Puncta hie quatuor considerer, quasi totidem sacratissimi epuli ferula.

1. Ad illa verba, *O sacrum convivium* &c. Perpendat SS. Eucharistiam dari viatoribus per modum cibi, ne deficient in via ad patriam celestem; grandis enim adhuc restat via, hostibus multis ac latronibus infestissima: ideoque Servator tuus, Amice, ne animum desponderes, paravit in conspectu tuo mensam aduersus eos, qui tribulant te; ad hanc mensam ubi dignè accubueris, dices audacter, si ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine. Quare S. Nicolaus Tolentinus tam enixit V. Eu haricistam expetebat? Ut tanto, inquit, viatico munitus non deficiam in via ad celestem patriam profecturus; & si ob demerita mea impius Belial hostis meus mihi occurrit, possim fidenter dicere. Dominus mihi adjutor, & ego despiciam inimicos meos.

2. *Recolitur memoria Passionis ejus.* Ideo autem volunt Dominus Passionis sua apud nos jugem esse memoriam, quod in ea divitias nostras spesque omnes sita habere debeamus.

B. Hugo à S. Victore tria in votis habuisse dicitur.
1. Ut cibus sibi ultimus esset Eucharistia. 2. Ut ultima cogitatio sine meditatio esset de passione Domini nostri Jesu Christi. 3. Ut supremum verbum esset dulcissimum Jesu nomen. Quid ni & tu ejusmodi vota concipiatis?

3. *Mens impletur gratia.* Quod corporeus cibus corpori, hoc panis ille celestis præstat animæ: ille membra corporis, hic animæ potentias reficit, nutrit, confirmat.

4. *Futura gloria nobis pignus datur.* Quis ad illud pignus non fidenter aspiret, quod opem certam æternæ vita adducit:

Ubi vero allata fuerit venerabilis Eucharistia, quantum infirmitas patietur, Deum præsentem veneretur, atque adoret. Sapientia est Eucharistia morituris vires addere ut in illo supremi temporis articulo, suum in Deum amorem religionemque palam facerent. Exemplum fit Guilelmus Archiepiscopus Bituricensis, qui, licet animam agere videretur, simul atque Duum iuuen ad se venire cognovit, perinde ac si morbus omnis remisisset, de strato profiliens, concito gradu Servatori suo processit obviam, eumque flexi humi genibus, totusque lachrymis disfluenta, quanta potuit animi corporisque demissione veneratus est, instantemque illi agonem suum commendavit.

Tum in ægo iterum excitet Sacerdos vehemens sacratissimi viatici desiderium, in quem finem breviter repeti poterunt prædicta, tum exempla adferri eorum, qui ardenterissime celesti hoe pane, vita excessari, muniri voluerunt.

S. Maria Magdalena admonita ut ecclœm peteret, eti itineris duces Angelos haberet, hoc tamen iter ingredi-

renuit, nisi prius Christum Dominum Angelorum, co- miteni & ducem haberet.

S. Ambrosii Mediolanensem præfusis desiderio, quod præ morbi magnitudine aperire non potera, Deus miraculo satisfecit, nam nocte divinus admonitus Vercellensis Episcopus, allata venerabilis Eucharistia viatico illum refecit.

His aliisque æger accensus, qua maxima potest reverentia divinum viaticum recipiat: quo accepto, confideret nobilis hujus cibi dignitatem, repetuisse fidei, spei, ac charitatis actibus, dicat; Mane nobilium Domine quoniam adspersificet, & inclinata est jam dies. Breves dies mei sunt, & solùm corpori me separata, sepulchrum. Bone Jesu esto mihi Jesus & Salvator, ubi corpus & animam committit.

§. IX.

Ad Extremam Unctionem dispositio.

Forma conferendi in Rituall exprimitur: iterum protestando novum mortis periculum incurrit. Ministranda est etiam amentibus, licet illam ante non petierint. Pueris etiam danda est post septimum annum, si habeant usum rationis, et si nunquam communicaverint. Alias resolutiones vide supra part. 4. c. 6. ubi de extrema Unctione agitur.

Effectus hujus Sacramenti ex Concilio Florentino est mentis sanitas, & quantum expedite, etiam corporis. Hic Sacerdos refutet errorem & timorem illorum, qui cupiunt semper differri Extremam Unctionem, eo quod persuadeant fibeo collato de vita actuam esse. Cardinalis Bellar. afferit idem ratiōnes ægros hunc sanitatis fructum decerpere, quod serius ad hanc vitæ arborē accedant.

Narrat Joannes Nider, Rupertum quendam Imperatorem circa annum Christi 1400, hujus opinionis apergine non leviter tinctum fuisse; at non impune: nam continuo tot tamque gravibus scrupulis torqueri ceperit, ut proprius nil fuerit, quam ut non modo de corpori, sed de anima salute deturbaretur. Impedit De favor. Spiritualis hæc ei medicina adhibita, dumque orationes ejus pietatis plenissimas percipit; & me imprudentem, inquit, qui orationes tam pias hac tenus neglexerim. Ignoscat Deus insipientiæ meæ: & verò ignorvit, vite annos in super non paucos indulxit, quibus imperium suum sospes administravit.

Dum æger inungitur, animum his aliisque similibus orationibus palcat: *Iesu Fili David miserere mei. Domine in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Bone Iesu dic anima mea, salus tua ergo sum.*

Sacerdos peracta Unctione ægrum animet ad fiduciam recuperandæ sanitatis, si id animæ profuturum sit, divinoque placito contentaneum; atque in hunc finem has aliisque orationes reciteret.

Concede hunc famulum tuum quæsumus, Domine, Deus, perpetuam mentis & corporis sanitatem gaudere, & gloriose B. Marie semper Virginis intercessione a prælenti liberari tristitia, & æternam perfrui laetitiam.

Omnipotens sempiterne Deus; salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo N. pro quo misericordia tua imploramus auxilium, ut, redditâ fibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua relectæ, actiones.

§. X.

Arts de Kin

Theologia
D. IV.

S. X.

Admonitio ad præsentes de preparacione ad mortem felicem.

Potquam æger expiravit, Sacerdos animam ejus circumstantibus commendet, dicatque nullo modo defunctum efficacius abijs juvari posse, quam si purgata statim per confessionem conscientia ad communionem religiosè accedant, ejusque fructum per modum suffragii defuncto impertiant.

Deinde adhortetur præsentes de adhibenda cura ad felicem mortem obeundam.

1. Quia à bona morte beata æternitas dependet.

2. Moneat ad hanc obtainendam necesse esse per rem vitæ innocentis viam ambulare, & frequentem Sacramentorum Penitentiarum, & Eucharistiarum usum adhibere.

3. Considerent pretiosum esse tempus quod ad salutem operandam conceditur, ideoque nullo die bona opera negligenda.

4. Maxime certam omnibus esse mortem, horam vero mortis incertam.

5. Exiguo labore ingentes thesauros comparari posse.

6. Nihil nos hinc asportatos, præter virtutum, bonorumque operum fructus.

7. Id nuncagendum, quod fecisse optaremus, simo-
do supremum vita momentum adserit.

Pro Preparatione securissima ad Mortem, dum re-
tē valimus usurpandum est sequens Testamentum,
quale sibi viri sancti sepius conseruerunt, & singulis se-
pimanis devote recitarunt ac renovarunt.

TESTAMENTUM

*Devotissimum Hominis Christiani, Complectens
Actus omnes quibus posset ad salutem aeternam
securissime disponi.*

In nomine Dei, ac Sanctissime Trinitatis, Amen.
Ego N. N. ab Annis.... tuo nutu, ô mi Creator,
veni nudus in hunc mundum, & brevi nudus inde
ad te revertar. Cum autem omnia acceperim de manu tua, & tua sint omnia infinitis titulis, hac mea sum-
presa voluntate tibi me, maque omniarestituo, quanto
possum amore, quantâ possum gratitudine. Te
quoque super omnes Hæredem meum constituo, qui
restituere hæreditatem meam mihi, sicuti dedisti mihi
Teipsum, & pretiosam animam, & Spiritum Sanctum tuum.
Et quid potuisti facere amplius animæ meæ, &
non fecisti?

Quid verò ego hactenus retribui, & quid deinceps
retribuam tibi? O quam merito ex nunc in aeternum
cor, corpus, & animam, omnesque cogitationes, verba,
& opera, tibi addico, & devovo! Et si mea forent
universa, ô Deus, hæc quoque darem tibi. Dignus es
enim Domine accipere omnem laudem, virtutem, ho-
norem, & benedictionem: & maximè à me qui te sic
N. peccando toties inhonoravi, de quo nunc examore
tuo medullitus doleo.

Itaque nunc cum omnibus Sanctis tuis, & in aeternum
dicere incipio: Benedictio, & claritas, & sapien-
tia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo
tibi Deo nostro in facula seculorum, Amen.

Hos affectus omnes renovare cupio, quoties deinceps
respiro, & maximè in ultimo vita momento,

R. P. Ardeock, Tom. III.

pro quo nunc in manus tuas commendo spiritum
meum.

Insuper nunc coram te, & curia tua cœlesti universa,
obsigno meum votum, & desiderium, quo cupio in Fi-
de Catholica, Apostolica, & Romana vivere, & mori,
& in extrema hora Penitentiarum Sacramentum ad veniam
peccatorum, Unctionis verò extremæ, ad luctam contra
Dæmonem, Communionis autem, ad Viaticum
longæ æternitatis, toto cordis affectu sumere & complecti desidero.

Hac desideria Scripto hoc, ideo coram Te Deus
meus, & coram Angelis ac hominibus consigno; ut
hoc ipsum sithumilis, & explicita Sacramentorum po-
statatio; si quo casu interceptavice, lingua eloqui non
possem. Nec revocatum censeri cupio, nisi coram te,
& curia tua, & septem testibus, & integris sensibus il-
lud retractaverim. Pro Penitentiarum verò Sacramento ne
desit materia etiam explicita: Num pro extrema hora
fateor dolens ex sincero tui amore, me erga te ingra-
tissimum fuisse; in oratione toties vagum, & negligi-
tem; erga proximum non uti debui affectum, patien-
tem, & benignum; erga me plus nimio indulgentem, &
tempus omnium pretiosissimum otiosè perdidisse, cum
postremo in immensum per singula fere momenta au-
gere opes aeternas, & pro aeterna gloria tua illud ipsum
impendere. De his, inquam, ceterisque vita universæ
delictis ex puro Dei amore toto corde dolco, meipsum
accuso, & supplex veniam efflagito.

Quod reliquum est de bonis fortunæ, illa relinquio
iis N. N. quibus, ut confido, relinquì tibi maxime pla-
cket, & in eum usum N. qui sit ad majorem nominis tui
gloriam. Tua sunt fateor, Domine, tua sunt omnia.
Ego verò redditurus forsan hodie rationem, cupio
ecl. Dispensator fidelis, ut non studeam honori meo,
sed tuo, non vaniti, sed veritati! Tu enim es via, ve-
ritas, & vita mea.

Rogo item vos Amicos meos, ut Sacrificiis, preci-
bus, Communionibus, indulgentiis, & elemosynis
juvetis animam meam, ne qua in limine beatæ aeterni-
tatis occurrat tristis remora properanti ad Dominum,
ad centrum, & omne bonum meum.

Si qui verò, quod absit, quacumque ex causa adver-
sarii mihi, aut offensi estis, aut fuistis, condono ex corde
vobis offendam coram Deo, qui scrutatur cor, &
renes meos, propter amorem Domini mei: & si quem
ipse offendi, supplex veniam peto. Pacem omibus
cum Domino Iesu relinquio, & offro, quia tendo
ad Principem pacis, & vobiscum in pace in aeternum
vivere volo, & habitare in amantissimo corde Christi
Iesu.

Hæc sunt Deus meus, judex meus, & refugium
meum, hæc sunt desideria pauperis, quafoles exau-
dire. Audi obsecro, & exaudi de profundis clamantem;
& per misericordiam tuam confirma hoc Deus,
quod operatus es in me. Hæc mea desideria & decreta
certè nunc, & omni hora, morte & Sanguine signa-
re paratum sum. Hæc suprema mea, & aeterna voluntas
est, eritque, Deus meus, per gratiam tuam. Estne
ultra quod possim, ô Pater misericordiarum, ô spes
mea, ô Charitas, Deus meus, elñe j.m., dum adhuc
tempus est miserenzi, quod ultra faciam? Paratum cor
meum Deus, paratum cor meum exerci per omnia
sanctissimam voluntatem tuam, ut securus tecum vi-
vam in aeternum, ut nunquam separar a charitate tua, ut
amen te propter te, & tecum unum sim in perpetuum.

O bea-

NOTA.

O beatissima V. Maria! salutis meæ anchora, & portus, spes & refugium omnium miserorum, ac proinde meum; & vos beati Spiritus, & cultos Angele, vosque Patroni mei, & omnes Sancti, ac Sanctæ Dei, ecce videtis hoc Chirographum meum, non mortis, sed vitæ: Auditis clamorem meum, & desiderium meum. Hoc ego in hora mortis meæ firmum, & ratum esse volo, & vestro (quod humiliter imploro) auxilio futurum spero, etiam in extremo Judicij die, ac totâ æternitate. Ut sic cognoscatur mundus, quia Diligo te Deum meum, qui sic dilexisti me; & vivo tibi, & in te; ac amore tu morti cupio, qui amore amoris mei dignatus es mori in ligno Crucis.

Hæc signavi manu propriâ, gratiâ Dei mei, teste ipso, & curiâ illius celesti, & sic signatum cupio in hora mortis, ut Deo meo æternum vivam. Anno mense die horâ ... N.N.

Consulunt esse singulis, præfertim sive inierantibus, Exemplar hujus Testamenti excriri, & manu propriâ signatum circumferre, vel libello precium inferre, ut quotidie, præsertim in omni morti ut mortis periculo usurpetur, & sit ad manum quasi Salvus conductus ad Patriam, alteram & æternam.

NOTA denique.

In hujus Tomi parte ultima inferius haberi expressos Lipsios Ritus, & Ordinem administrandi singula Sacramenta, & sacrum Viaticum, & Extremam Unctionem, & Ritus Exequiarum, ac Sepulturæ, prout in Rituall Romano continentur: atque ita Curator animarum in hoc Libro simul præsto habet quidquid ad sufficientiam ægris ac moribundis præstandam requiritur.

PARS QUINTA.

PRAXIS VARIA

ET

SELECTISSIMA

Aſſtendi cuivis Proximo, in quovis Statu.

Completens Primo, Remedia & Documenta contra singula Peccata in particulari.
Secondo, Praxim Conversationis, & Instructionis pro quovis hominum Status & Necesseitate. Uti
 §. 1. cum Hereticis. 2. cum Parvibus familiae. 3. cum mulieribus Conjugatis. 4. cum Pueris. 5. cum Virginibus ac Monialibus. 6. cum Pauperibus. 7. cum Confessudinariis & obstinatis. 8. cum foventibus Inimicis. 9. cum Tribulatis. 10. in Morte amici. 11. in Bonorum iusta. 12. in fama aut Honore. 13. in captivitate. 14. in Damnatione ad mortem, & extremo Supplicio.

Ex his experietur Curator animarum in omni occasione tam privata, quam publica, copiosum se munere sui subſidium in promptu habere.

CAPUT I.

Remedia & Documenta contra singula Peccata in particulari.

§. I.

Remedia contra vitium Superbie.

IHaec Confessionem in promptu pro singulis virtutis brevem & acutam Sententiam, quæ instar spiculi memoria Penitentis inhæret.
 1. Ostendat quomodo Superbia reddat quemvis o-dibilem Deo, & simul hominibus: humilitas vero faciat omnibus amabilem: *Deus superbus resigit, humilius autem dat gratiam*. Jacobi 4.

3. Homo superbus, qui alios contemnit, aut qui querit ubique suam laudem, private merito honorum operum, & Deus immittit illi miserias quibus humili-

tur, ipso Christo id attestante Matthæi 23. *Qui se exaltat humiliabitur, & è contra, qui se humiliat exaltabitur.*

4. Exempla humiliatis in Sanctis, & in Christo, qui dicit Matthæi 11. *Dicite à me, quia misericordia sum, & habiliis corde.*

5. Pro Remedio superbie suadeat Penitenti, libenter & frequenter agere cum pauperibus, invitere hospitalia, aut alios infirmos, privatim oculare litteram, cogitando se terram esse, etiam in pulchrem brevi reverlurum.

6. Fugiat adulatores: suas laudes non commemoret, nec ostendas se libenter eas audire, sed dicat cum Regio Prophetæ Psal. 113. *Non nobis Domine, non nobis, sed nominis nunc gloria.* Exempla vindictæ divinæ in superbos vide supra in Apparatu, Verb. Superbia.

§. II.

Documenta & Remedia contra Avaritiam.

1. Neulect penitenti dictum Apostoli ad Timoth. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ex illa oriuntur istæ lites, rixæ, odia, quæ animum affidit turbant, & à Deo avertunt, nisi illa cupiditas tandem deridetur.

2. Consideret vita brevitatem: Pro brevi via non est opus magno viatico.

3. Tempus esse ut incipiat thesaurum suum permutare in cælum, ubi sperat in æternum habitare, monente Christo Matth. 6. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, quoniam non appropiat.*

4. Præmium eorum qui commutant avaritiam in spiritum verae paupertatis, & contemptum divitiarum. *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

5. U.